



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Henrico Nodo, qui post mortem multis visibiliter apparuit, cap. 15.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

710 DE POEN. ET GLOR. MOR.
CAPUT XV.

IN Treuerensi episcopatu, in quo & superior visio facta est, alter quidam miles erat Henricus nomine, cognomento Nodus. Nam & ipse malitiosus valde erat, rapinas, adulteria, incestus, perjuria, hisque similia, virtutes judicans. Hic cum mortuus fuisset in prouincia Meneuelt, in pelliceo nouo, quo ut solebat viuus, multis apparuit, domum filiae maximè frequentans: non crucis signo non gladio poterat fugari, gladio saepe cædebatur, sed non poterat vulnerari, talem ex se sonum emittens, ac si mollis lectus percuteretur. Cuius amici cum super hoc consulerent dominum Episcopum Treuerensem Ioannem, dedit consilium, ut equa clavo dominico superfusa domus, & filia, nec non & ipse, si adesset, aspergerentur: quod cum factum fuisset, de cætero non comparuit. Eadem filiam generat de ancilla sua, cum tamen haberet legitimam, quam cum fuisset adulta, miser corruptus, non est diu ex quo ista contigerunt. A POLLONIUS: Quid sentiendum est de his, qui in bellis sive torneamentis moriuntur? CESARIVS: Si iusta sunt bella, ut defensio patriæ, nihil eis obseruit, qui defendendo se moriuntur. Quantum autem delectentur dæmones in mortibus illorum, qui innocentes impetuunt, subsequens declarat exemplum.

CAPUT XVI.

De iis
qui si-
ctantur
bastili-
do.

Sequenti nocte, quando exercitus ducis Louanijs à Leodiensibus occisus est, seruus quidam comitis Lofensis iuxta Montenacke, locum scilicet occisionis, transiens, circa noctis principium, maximum ibi vidit torneamentum dæmoniorum. Neque immundis spiritibus æstimo tam fuisse exultationem, si non magnam illic cœpissent prædam. De his vero, qui in torneamentis cadunt, nulla quæstio est, quin vadant ad inferos, si nō fuerint adjuti beneficio contritionis.

CA